Iniuria ac
cum uariis

Duplicat dolorem sustinentis indignitas inferentis, intolerabileque fit malum, cuius auctorem turpe sit confiteri. Solacium mali est dignitas aduersantis. Duplicatur dolor cum ab eo, a quo non merueris uenit. Tanto magis iniuria est affectior, quanto proximus est qui facit. Si aliena temere protuleris uicia, tua intempestiue audies crimina.

Seneca ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

intolerabileque] intolerabile que (*cor*. *infra*) M; auctorem] autorem L^1 L^2; solacium] enim *add*. P V^1 V^2 L^1 L^2; Seneca *om*. C L^1 L^2